



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XV. S. Fvrsei Collegivm Peronense in Picardia, regni Galliæ
Prouincia, & Latiniacense, in dioecesi Parisiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

40 DE CANONICORVM

de manu dicti Præfulis Amandi sacrum velamen accepit, seque redigens in numerum sanctimonialium, quas ibidem ad seruiendum Deo ordinauerat, nobilissimæ ceruici nobilis iugum imposuit dominicæ seruitutis.

Quam semitam annis XII. post obitum pij coniugis indefesso gradu cucurrit; quibus transactis ad æternæ felicitatis brauium, anno ætatis suæ 60. peruenit. Sigebertus in Chro-nico notat eam obiisse anno 658.

Est verò Niuella veteribus Niuigella, non contempnendum Brabantie opidum, cuius dominum est penes illustre nobilissimarum virginum Canonicarum collegium. Sunt autem ex numero duæ & quadraginta, quibus quæ præest, hodieque Abbatissa nuncupatur. Præter Canonicas est in eadem Basilica & Canonorum triginta collegium, qui solennioribus anni diebus festis in eodem cum virginibus Odeo seu choro Sacra celebrant; reliquo autem anni tempore separatim in facello vicino munia sua obeunt.

CAPUT XV.

S. FURSEI COLLEGIVM PER ONENS-
se in Picardia, regni Gallie Provincia, &
Latiniacense, in diœcesi Pa-
risiensi.

Furfeus cùm annis aliquot apud Hibernos, Scotos, Britones, & Anglos verbum

bum Dei disseminasset, in Galliam transiit;
 & Atrebati primū prædicauit, postea Latinia-
 ci & alibi. Excanaldus, Maior domus regiæ S.
 Furseο locū dedit Latinaci, vbi monasteriū
 construxit. Aedificauit idem Princeps ei Pe-
 ronæ alterum monasterium cum Ecclesia. S.
 Furseus autem suo exemplo multos insignes
 & sanctos prædicatores in Belgium euocauit,
 inter quos fuerunt germani eius fratres, *Foil-*
lanus & Ultanus. Quare mirum non est Apo-
 stolicos Belgij nostri Episcopos, *Eligium &*
Aubertum, quarto post obitum anno, corpus
 eius, quod omnino incorruptum Peronæ de-
 prehendebant, è terra subuexisse.

Est autem Perona, vrbs Picardiæ situ &
 aquis munitissima, in finibus regni Franciæ,
 versus Belgas.

Latinicum, Gallicè *Laignij*, opidum est
 dicœfis Parisiensis, ad Sequanum fluuium.

Vtriusque opidi collegium, auspicia sua
 debet S. Furseο.

CAPVT XVI.

B. MARIAE ET S. VVAGNVLPHI
collegium Condatense vulgo Condè, in
Hannonia.

S VVagnulphus Quilhort in Condato
 Hānoniæ opido, & videtur annumerā-
 dum titularibus Episcopis qui ad Paganorum

C 5 con-